



THEMA V.  
AN VXOR,

Quae consentit marito testanti, portioni  
statutariae sine curatore renunciare  
possit?

DEFENSVM

A

CHRISTIANO EHRENFRIED ADOLPHO  
FRITZSCHIO  
LYCC. LVSAT.



Infirmi-  
tatem sexus sequioris CHRYSO-  
STOMVS *part. 2. Hom. in Matth. hom. 23.*  
*pr. verbis fat notabilibus depingit: Sexus,*  
*inquit, mulierum MOLLIS et INCAV-*  
*TVS est. Mollis, quia facile flectitur,*  
*vel de malo ad bonum, vel de bono ad*  
*malum. Incautus, quia non omnia quae*  
*videt et audit, cum sapientia et ratione*  
*confiderat. Mulier igitur a mollitie dicitur, uti ex Varonne, La-*  
*fantio et Augustino tradit Tiraquell. in leg. connubial. I. Gloss. I.*  
*part. 1. n. 55. cui adstipulatur Gregorius iunior in c. quod proposuisti*  
*18. vers. sed illud C. 32. Qu. 7. Mollitiem hanc mulierum Glossa in c.*  
*I. X. de clandestin. despons. ad animum trahit; Alii vero in genere*  
*illud asserunt: Quia viro mollior est, siue membra, siue mores,*  
*siue affectus spectemus, prout statuit Goeddaeus ad l. 13. de V. S. n. 9.*  
*Huc pertinet etiam illud Ovven. lib. I. Epigram. 70.*

G

Dicta